inscripserit et resignaverit perpetuis temporibus cui iam ex nunc introductionem realem cum pacifica possessione realem et intabulationem officio acceptandam dant et admittunt Submittentes se cum suis posteris memoratum donatorium suum et eius successores occasione premissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum praecipue a successoribus olim Alberti Srzedzinski filiis et fratribus sui per omnes processiones Terrestres Castrenses quoties opus et necessarium fuerit tueri defendere evincere eliberare intercedere paccare soliti tum per se quam per graves submissas personas non iniuriari Sub damnis Tribus simpliciter taxatis Et coram officio presenti Castrensi Bransceni peremptoria responsione et satisfactione Omnibus contrariis exceptionibus allegationibus evasionibus simplicibus et iuratoriis dilationibus motionibus appellationibus ac earum quibusvis prosecutionibus premissa evadere volendo imo sub et aliis in Universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores renuntiando et abrenunciando Sub amissione sue suorumque successorum totius et integre cause.

L. Bystrzycki Burgrabii Quietatio.

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Bransceni personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Valentini Zapinski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Generosum Christophorum Bystrzycki Burgrabium Curie huius Bransceni de extraditione equi coloris plesniwey per Nobilem Albertum Zapinski filium glatsia coram officio presenti presentati et ad officium Burgrabiale extraditi quietat et liberum facit perpetuis et aliis temporibus Personali sua recognitione in premissis mediante.

Dzierzek Quietatio.

Coram officio et actis presentibus personaliter comparens Nobilis Mathias olim Andree Zdrodowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia sibi Nobilis Joannes olim Jacobi Dzierzek ex obligatione bonorum in villa Kamienskie Ociorski situatis parenti recognitis per eum Nobilem Michaelem quondam Thome de Kamienskie Ociorski sub tempore coram actis Bisce in Terrestribus Quadragesimo Anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Nono inscriptis tres sexagenas Polonicas emandam ius suum perpetuum a Nobili Gaspare filio olim Michaelis Kamienski acquisitum plenarie et ex integro persolvit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis condescendit perpetuis temporibus Hac sua personali recognitione in premissis mediante.

Prosanka Kobuska Donatio.

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Bransceni personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Simonis Prosienski de Prosanka antiqua sub sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Stanislao olim Michaelis Kobuska Piaszeczny et ipsi posteris aream sex sulcorum incipiendo a via tendente per Villam ad rubetum extendente inter metas Gabrielis et Appolonis # bonorum suorum in villa Prosanka antiqua sitam